

Kunstwissenschaften

Ee 4

32
S. 17.

VIRO
ILLUSTRI ET EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
FRIDERICO
HOFFMANNO,

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS,

FRIDERICII.

AUGUSTÆ MEMORIÆ,

CONSILIARIO ET ARCHIATRO.
MEDICINÆ PROFESSORI PRIMARIO.
EIUSDEMQUE FACULTATIS h. t. DECANO,
PATRONO SUO OPTIMO, MAXIMO,

QUUM
ACERBUM ET PRÆMaturum FUNUS

FILIAE

LECTISSIMIS ORNATÆ VIR-
TUTIBUS,

JOHANNÆ DO-
ROTHEÆ

QUÆ DECUS FAMILIÆ ET PARENTUM SOLATIUM ERAT,
PATERNO AFFECTU PROSEQUERETUR,
DEBITUM DOLORIS SUI CONSENSUM HIS, QUÆCUNQUE SUNT,
LITERIS PIE TESTATUM IVIT

CHRISTIAN. AUGUST. LICHTENHAHN.
PHIL. ET MED. CULT.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
LITERIS JOH. CHRISTIANI ZAHNII, Acad. & Senat. Typogr.

VIR ILLUSTRIS ET EXCEL- LENTISSIME,

PATRONE OPTIME, MAXIME,

Nisi jam ante mihi perspectuin & exploratum eset, humanam valetudinem fluxam esse atque instabilem: nunc certe lubricum sanitatis ac vitæ fragilitatem intelligere me arbitrarer, dum in opina atque acerba mors filiam longe Tibi dilectissimam e si-nu & amplexu Tuo abripiuit. Florente & illibata valetudine utebatur, neque ulla imminentis mali erat sufficio, quam diu destinatum iter in thermas Carolinas sūciperes. Sed quam multanobis præter spem eveniunt, quæ nulla mentis acie prævideri possunt, licet quis etiam in ipsa specula fortunæ habet? Vix pedem domo extuleras, quam beate finita stomachi quandam infirmitatem sentire coepit, quæ plus in recessu habebat, quam quidem prima fronte minabatur. Jam, quoniam patrios lares resalutares, res propemodum deplorata, inque illud discrimen adducta erat, ut malum, vetustate quasi corroboratum, medicas manus ægre admitteret. Longe erat laborant medicina, nec nisi in exigua spe animam traheret precariam. Et brevi tempore interposito etiam infibat decrutorius ille ac morti vadatus dies, quo, quem cœlo debebat spiritum, cœlo reddidit. Quæ repentina rerum perturbatio, quam graviter animum Tuum, Vir Illustris, vulneraverit, eorum judicio committendum est, qui insitam naturæ vim, & paternum affectum debitum rationis ponderibus examinare possunt. Omnes profecto animi ægritudines, quibuscum genus humanum conflictari solet, illi dolori secundæ sunt, quem liberorum affert desiderium. Hic altius in animum descendit, hic fixus hæret, tamque gravi vulnera peccus effudit, ut suppurationem doloris cicatricem vix dies delectat. Quare, quis TE lugere prohibeat? Plures, fateor, & que haud levis momenti in promptu iuntrationes, quæ dolorem Tuum, perse fatis acerbum, adhuc magis acutæ & stimulare possunt. Ea nimis tamen filia Te orbatum

vides, quæ dux erat familiæ, adeoque clarissimæ stirpis Tuæ flos delibatus, parentum oculus ac delicium. Enitebant in illa pulcherrimæ do tes animi: omnibus ornata erat, quæ in molliorem sexum cadunt, vir tutibus, ad quas explicandas, nisi lecus vñsum fuisset divino arbitrio, longe ampliores vita terminos prometuerat. Certe non translantia, sed ad laudem plane insignis in illa emicabat rerum diuinarum veneratio, quam non ejus vita tantum, ad pietatis leges exacta, sed major etiam, quâ pro muliebri mobilitate, confititia inter diuturnos pertinacis morbi cruciatus egregie comprobarent. Quam florebat moribus elegantia & suavitate mixtissimis? quam pari libra erant virginis pudor ac modestia, cuius in familiaritatem se mira comitas insinuaverat? Quanta ejus in parentes pietas, quantum obsequium, quam fixa ac diligens familiaris rei cura & cogitatio. Jam ad illam adspirabat æratem, quia optimos parentes ad amplissimam sui spem promovere, & gaudio ad invidiā magno implere poterat. Ad hanc in viridi ætate, inque primo flore exstincta est, & ante de statione vite decessit, quam omnibus mortalitatibus stipendiis defuncta est. Denique etiam Te potissimum absente in mortuum incidit, neque illi licuit esse tam beatæ, ut paternam opem, multis alias laborantibus spectatam, sub primo malo imperu experiretur. Quæ si Tibi, Vir Excellentissime, in mentem veniunt, veniunt autem quam maxime) vereor, nec tristis eorum contemplatio quasi unguis sit in ulcere, qui impendio magnum angorem multis modis cumulet atque exaugeat. Ac proinde patiaris, submissæ precor, Patrone Maxime, ut aliquam doloris partem mihi vindicem, eumque, qua fieri potest ratione, Tibi testatum faciam. Velenum enim Tibi perlungum habeas, me nemini cedere, ad quos proxime pertingit hujus doloris contagium. Est illa singularis, qua me semper complexus es, propenæ voluntaris inclinatio, quæ me in tantum doloris consensum ac societatem trahit, ut pro pedium in eodem fortunæ contubernio habitate. Técum mihi videar. Quanquam enim immortalis, qua Tibi addictus sum, observantia a me exigit, ut porius exulcerato dolori Tuo fomenta adhibeam. Tua tamen me deterret auctoritas, meumque singulare desumma virrute Tua judicium. Tene enim me consolari? Te ratione quadam ad contentum doloris perducere? at, bone D'EuS, quem virum? cui animo admove rem solitaria? Diu me cogitantem ratio in hanc duxit intentiam, ut vix operæ premiæ me facturum arbitrarer, si cum adversus luctum muniti vellem, qui nulla unquam animi confirmatione indigeret. Omnibus cognita, nec mihi obscura est Tua, qua præfas, Vir Clarissime, pietas, quæ ut altius animo infidet, ita ne hac quidem fortunæ injuria quassari aut evelli potest. Hac enim illud sibi proprium ac solenne habet, ut totam componat ad ejus nutum, qui communis feder virtus ac necis arbiter. Hac ad quodcumque ejus imperium parata atque accincta est; hac molles cogitationes, nihilque protuturam solicitudinem animo exturbat & ejicit. Novi etiam excellam & ad magna erectam mentis Tuæ indolem, quæ constantia firmata prefidiis, quasi in arce est colloca ta, unde omnes casus humanos infra se despicit, quippe ad quam fortunæ non patet aditus. Ac videtur mihi sic luctus in Te eo magis vim & auleum suum amittere, quod, quemadmodum augusto & eminenti

ge-

genio universum sapientiae orbem præclare complexus es, ita humana-
rum quoque rerum vicisitudinem jam dudum animo penitus percep-
tam habes ac pertractatam, neque ulla tibi calamitas humanitus eve-
nire potest, ad quam propellendam, Te virtus Tua, ac diuturna præme-
ditatio non armaverit. Jam vero ipse etiam perspexisti integrum mor-
bi, quotidie in deteriora rueris, statum & curriculum, ac longe antea
prolimationi Tuo judicio poteras exitum ejus finistrum prævidere. Præ-
videre autem quid si eriam dico, partem aliquam futuri doloris præsume-
re, & ad instantem luctum pectus forte tenere ac preparatum. At enim
nescio, quam ob rem vererim huius mentem veniat, ne ex hoc uno mo-
rori Tuo cumulus accedat, quod per longinquum iter, perque mutatam,
qua in thermis Carolinis ipsum Tibi Sardiniam fecit, valetudinem.
ipse principis morbi obstare haud potueris. Quis autem
hoc fibi polliceri potest, quod, si etiam adsuisses, morbus finem habitu-
rus fuisset meliorem? Neque enim tantu erant morbi initia, ut e longin-
quo repente advolares, iis præcipue relictis, quorum salus Tuo & confi-
lio & arti demandata erat. Et fingamus ipsos etiam morbi natales & in-
cunabula aliquid portendisse periculi; at domi erant, qui omnem ope-
ram ac studium in eo colloocabant, ut filiam jacentem pristine sanitati re-
stituerent. Quare autem factum est, ut inopinus morbi accessus in illum
maxime temporis articulum inciderit, quo jam partem itineris suscepisti
conseceras? Aut, si impendebat valetudinis inclinatio, cur non aliquam
passæ dilatationem? Nimirum, nisi me omnia fallunt, agnoscis, puto, fatali
decrenum, cujus perpetuis nexibus, & ineluctabili necessitate vita mortali-
tum devincta est. Atq; ejusdem fecit arbitrium, ut communis illa ani-
marum migratio beate defunctæ citius, quæ pro ætate contingit; si modo
ejus obitus properatus videri potest, quam præcox ac cœlo propior
virtus satis morti ematuraverat. Habent hoc puræ, ac Dœ sacratae men-
tes, ut quo majori contentionem ad suam graffantur perfectionem, eoplere-
rumque maturius ex putri & caduco corporis domicilio excant. Qui ex-
itus si quando expectandus erat, cur non melius Te vivo adhuc ac super-
site? Quid si illam reliquisses, expositam huic rerum perturbationi, com-
muni fluctuantem morum naufragio, fortunæ etiam periclitantem insi-
diis? Certe jam nihil est, quod illi timeas, posteaquam sub oculis Tuis
manu missa & coelesti donata civitate jura patriæ capessit, & communis
immortalitatis municipio perficitur. Quarum rerum cognitio quam
jam diu Tibi parata & expedita sit, merito mea in sponsione incumbit
consolatio, nihilque mihi relictum est, quam immortale Numen suppli-
cibus votis venerari, utereptum hoc in filia extincta solatium, in superfite
familia Tibi quam diutissime servet, Teque, velut magnum artis medicæ
columna ac præsidium, salvum & in columnem præstet, & non nisi sero ad
familiam cœlo adscriptam, cum Tuorum, tum nostri causa, redire jubeat.
Vale Vir Illustris, Patrone Maxime, & boni consule exiguam
hanc magnæ & pietatis & observantiae telleram, quam doloris declaran-
di causa merito ac lubens Tibi obtulit

EXCELLENTISSIMO NOMINI TUO

æterno cultu addictissimus

C. A. L.

Ua 933^a
I. 4°

ULB Halle
003 591 581



600



FRIDERICO HOFFMANNO,

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS,

DERICII.

TÆ MEMORIAE,

O ET ARCHIATRO,

O FESSORI PRIMARIO,

FACULTATIS h.t. DECANO,

O OPTIMO, MAXIMO,

QUUM

PRÆMATORUM FUNUS

FILIAE

S ORNATAE VIR-

UTIBUS,

VNAE DO-

THEAE

ET PARENTUM SOLATIUM ERAT,

ECTU PROSEQUERETUR,

ONSENSUM HIS, QUÆCUNQUE SUNT,

PIE TESTATUM IVIT

GUST. LICHTENHAHN.

ET MED. CULT.

Æ MAGDEBURGICÆ,

IANI ZAHNII, Acad. & Senat. Typogr.

B.I.G.

